

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com



Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Bibliothèque nationale de France

Y. 789. Y. 2782. *piece*
4.

Georgica Nicholai de male.

BIBLIOTHEQUE IMP.



Idio J. J. PontMax
Nicolaus de vale.

Si vacat enea rerum dignissime presul
Grataq; sunt animo carmina nostra tuo
Per lege que quondam dulci modulatus auena
In latios ausus vertere greca modos.
Ascrei inspicies clarissima scripta poete
Grecia quo quondam floruit hesiodo
Hec fuerant. fateor plectro meliore cauenda
Hic opus ingenii quippe sentilis erat
At quia non nullos tam magna superbia vates
Eleuat. vt nullo greca in honore putent
Sum tamen hoc ausus bis septem et quattuor annis
Dum mea labuntur lustra trahente dea
Sumpsimus et renues grecorum e fontibus haustus
Mixtaq; cum greco lingua latina fuit
Quicquid id est ad te vatun clarissime vates
Mitimus es clario non minor ipse deo
Suscipe et hesiodum placido complectere vultu
Hic quoq; iudicio stetq; cadatq; tuo

Metodi poeti

i .opera et dies geor

gicon liber thicolas de vale e greco conuersio.

Derides muse quorum visget inclita cantu

Samaducū et vestri dec⁹ immortale parentis

Dicite cur hominum pars hec sine nomine vitam

Ducat: et illius cur fama eterna per altum

Euolet: hec ionis est magni diuina voluntas

Ille etenim altitronans summi regnator olympi

Excitat imbelles animos. et fortia corda

Debilitat. duce quo fortuna inimica superbos

Deprimat. atq; humiles clarum super ethera tollit

Tum mala mens hominis meliorem inclinatur ad usum

Et capiunt molles crudelia pectora cultus

Exaudi qui cuncta polo specularis ab alto

Quod nihil ignotum est sanctissima dirige iura

Justicie .liceatq; michi fraterna monere

Pectora. et ignotos viuendi ostendere mores

Sunt gemine in terris quibus altercantur in vnum

Mortales cause. variis quoque mente trahuntur

Una quidem studium laudabile sedula curat.

Alter a crudeli rerum depascitur haustu:

Bella cupit pugneq; exercet iniqua tumultus

iii:

Inuisum atq3 atrox pestis genus hanc tamen ipsi
Mortales fugiunt. tandemq3 volentibus hanc diis
Exoptant. nequeuntq3 huius cohibere furores
Illam autem prius obscure genuere tenebre
Sed fato meliore pater saturnus illam
Et generi humano et terre radicibus imis
Imposuit. segnes artus et inertia corda
Excitat alter enim segnis cui vita manebat
Alterius spectans cumulos mora nulla bouesq3
Jungit et impresso terram diuertit aratro
Siue domum curat. siue inserit alter ad artes
Uicinum vicinus agit. laudabilis hec est
Pugnandi ratio. fugienda sed altera. sub qua
Inuidet aut figulus figulo vel egenus egeno
Siue faber fabro. dulcisq3 poeta poete
Hec mea dicta precor toto cape pectore perse
Hec te crebra foro speculantem iurgia vulgi
Auocet astuditis pugnandi inimica voluntas.
Nemo forum sequitur. quem non fouet annua messis
Et bene clausa domi cereris gratissima dona
Hec querenda prius de hinc si vacat i pete vulgus
Et fori in alterius rebus certamina pone

Et non illud ages iterum germane. quod olim
Ausus es infelix. litem hanc data iura resoluent
Scis quondam inter nos patria est partita facultas
At tu nil iusta multum plus parte vereris
Tecum efferre rapax. corruptus munere iudex
Ille tuo est. sub quo tota hec sententia pendet
Ignarus non nouit enim q̃ dulcius aut q̃
Sit medium toto. melius: seu viuere malua
Utilius. quantum dulci seu viuere porro:
Hos veterum victus occultauere superni
Inq̃ polo retinent celestes. tempore quorum
Sat fuit vna dies tenui exercenda labore
Vna quiescent tibi dehinc alimenta parabat
Annua: tunc poteras temonis robor a fumo
Exploranda dare. et nulli iuga curua premebant
Lerga bouum. nullum hemiones sensere laborem
Hos voluit faciles viuendi abscondere mores
Fra iouis. cum se deceptum fraude promethei
Sensit et illius causa mortalibus auxit.
Curarum moles subreptumq̃ abdidit ignem
Reddidit hunc iterum terris curuaq̃ latentem
Sibi prout ferula cauto puer ille tonanti.

Japetionides. facto qui submine gaudet
Lusit fraude sua. subitam tamen arsit in iram
Hec pater effatus nubis collector aquose.
Japetionide cunctis prudentia cunctos
Consilio excellit magnum spreuisse tonantem.
Arte sua gaudesq; dato mortalibus igne
Deu nocture tibi generi nocture futuro
Tale mali genus excutiam quo pectore toto
Exultent homines cupidi sua damna ministrent
Subrisit fatus diuinum pater atq; hoim rex
Vulcanum aspiciens atq; illi talia mandat
Glade celer speciem e terra mixtoq; liquore
Confice mortalem cui vocem et robor a iunge
Sitq; ea virginis celestis ymago puelle
Quam sibi quisq; velit dea quam doctissima pallas
Instruat et varias percurrere pectine telas
Adiciat capiti falicem venus aurea formam
Cur et vt assidua stimulara cupidine corpus
Fallacemq; addat mentem et fallacia verba
Interpres superum victor cyllenus agri
Iixerat. imperio iouis annuit equa valuntas
Helicolum exemplis singis vulcane puellam

Virgins ora dee similem. quam glauca minerva
Linxit. et ex omni fulgentem parte poluit
Huc etiam cheritas. etiam celeberrima pitho
Aurea candenti posuere monilia collo
Effuseq; comas hore de flore coronam
Vernali tribuere dee. tamen attica pallas
Illam precipuo forme decorauit honore
Et superum interpres victor cyllenius argi
Fallacem attribuit mentem et fallacia verba
Sic pater alctonans diuino iusserat ore.
Quandoquidem dederat sua munera quisq; deorum
Mercurius merito pandoram nomine dixit
Exitiale malum mortalibus et fera pestis
Postq; autem tantos confecit iupiter astus
Mercurium et magnum iubet ire epimethea dono
Cui ferat hanc. qui nil veritus precepta promethes
Ceptit. et accepto nouit sua damna epimetheus
Nam prius humano generi secura manebant
Tempora. nulla mali species aut cura laboris
Morborumq; genus tristem qui funeris atri
Corripuere viam. quibus omnis frangitur etas.
Elincere dulce fuit quadam sed tegmen ab vna

Dum pandora leuat. totum exiliere per orbē
Curarum infeste effigies. spes sola remansit.
Intus et elabris ima sub parte resedit.
Obstitit impositum nam tegmen abire volenti
Sic qui fulmen alt nubis collector a quose
Iusserat innumereq; etiam mortale vagantur
Per genus infande spēs quibus equor et omnis
Terra infecta tumet. morbi noctesq; diesq;
Sponte sua sine voce ruunt. nanq; ab ioue summo
Ablata est illis quecunq; potentia fandi.
Sic impugne parens offenditur ille deorum:
Si vacat o frater si non audire recuses
Ordine plura canam. genus immortale creatum
Ac mortale simul credendum est. aurea primum
Secula dii superi totum sparsere per orbem
Tempore quo celi impertum saturnus habebat
Tunc homines diuum vivebant more. nec illos
Anxia curarum moles operumq; labores
Cassabant aberat tristi cum mente senectus
Semper et in valido regnabant corpore vires
Nulla mali labes conulsa leta placebant.
Mors similis somno fuit atq; vberissima tellus

Omnia libertus nullo cogente ferebat
In commune bonum nec quisq̃ inuidi habenti
Quam felix etas. erat omnibus vna voluntas
Et taciti letos solnebant pectora in vsus
Aurea postq̃ hominum paulatim defuit etas
His pater altitonans meritos adiunxit honores
Sub terris habitare dedit. qñ numina facti
Et genus humanum sancte quoq̃ iura tuentur
Iusticie tenebris circumfusiq̃ peragant
Terrarum fines et opes mortalibus augent
Proxima successit terris argentea proles
Auro deterior sensuq̃ et moribus impar
Tunc sibi quisq̃ sue fecere sub ybera matris
Ocia mortales paulatim adoleuit in annos
Ingenit rude principium quo decolor etas
In propriis etiam laribus rude pectus agebat
Aucta tamen postq̃ ad summum peruenerat etas
Eluendi breuius spatium fuit anxius ardor.
Curarum incumbens aderat. quas improba mentis
Gaudia fecerunt. alterna iniuria nunq̃
Destitit. et nulla in superos reuerentia nullos
Sacrorum ritus etas argentea vidit

Hanc deus extinxit meritam flammatus in iram
Postq̃ hominum occuluit argentea secula tellus
Non tamen illoꝝ sine nomine viꝛa recessit
Sub terrisq̃ dei sedes coluere secundas
Tercia post illam successit enea proles
At nihil argento similes dryadumq̃ creata
Sanguine dura quidē robustaq̃ pectora tendens
Lota feri misero martis feruebat amore.
Nulla quies illi nullum ius. durior etā
Ipso adamante fuit vultu metuenda superbo
Cui nūq̃ inuictum robur fortesq̃ lacerti
Defuerant humeris. tunc ereatela domusq̃
Omnis in ere labor. non ferri emerferat vsus.
Hec autem proprio proles consumpta furore
Ad gelida loca nigra ditis sine honore recessit
Et q̃q̃ extiterit inuicto roboꝛe ab atra.
Morte tamen victa est solis lumenq̃ reliquit
Postq̃ autem occulta est et enea corruit etas
Quarta fuit soboles melioꝛ cui plurima toto
Iusticie herebant animo precepta verende
Diuum genus heroum primumq̃ vocari
Semidei immensos illi potuere per orbē.

Hos infans amor martis bellique nefandi
Ardua a genoside septem propemeta cadunt
Edipode imperii causa consumpsit. et alii:
Hos maris undisoni fluctus cum pargama classes
Argolice peterent. ubi pallida mortis ymago
De super incubuit. dum iusto vltiscitur ense
Lindaris. hos etiam toto diuisit ab orbe
Iupiter et vite meliorem tradidit usum
Elysiosque dedit. colles habitare profundi
Litus ad oceanum. felix et sancta propago
Hic ubi vernat humus. ubi dulcia poma quotannis
Ter gremio effundit nutritrix vberima tellus
Ostendunt non me quinta cum stirpe creascent
Fata. sed ante mori seu post licuisset oriri
Ferre nunc etas. quam cure et mille labores
Nocte dieque premunt. paulatimque illius instant
Exitio. sic illis placitum. sed prospera tanto
Fata etiam venient aliquando in turbine rerum
Hec minus hec infanda hominum delebitur etas
Cum matura annis illorum tempora cant
Insipient crines natas nec vi ante parentes
Hec patribus nati similes nec hospite tutus

Hospes erit. sanctum corrumpent fedus amici
Et fure arma ciens inter discordiam fratres
Cuiet honoris inops hominum properata senectus
Hec pudor effractus senio obiurgare parentes.
Infelix soboles: legem et precepta deorum
Hescit et inualido non hec alimenta parenti
Iusta suo reddet. quid enim quod iniqua rapaces
Appetet usque manus urbesque et mensa narrem
Alternata deleta manu furataque fallent
Iuramina iusticie nulli tribuentur honores
Pulsa gemet bonitas illum venerabitur orbis
Cui mala mens suadet fera crimina tota sacebit
Lota quidem orbatu tecum reuerentia vultu
O dea iusticie. soboles en improba ledet
Si probus ullus erit. quem contra insurget iniqua
Vloce furoris factum affirmans: alitrixque malorum
Inuidia incedet fatali turbida vultu
Protinus humanas sedes astrea relinquet
Divia suos pariter tendet reuerentia cursus
Ad superos nitido velate corpus amictu
Mille recedentes alie mortalibus egreis
Non cessanda tamen rerum mala semina linquent

Et nunc te moneam quod quod sapias omnia iudex
His intende animum. sed quid iuuat ista monere
Stultus maiori quicunque resistere temptat
Elincitur et magno penas subit inde pudore
Sic ego sum tanquam volucris quam prenderit astur
Prensaque sublimes agitur philomena per auras
Hec dolet infelix vngui transfixa recuruo
Quam contra horribili raptor sic intonat ore
Quid misera exclamas: te multo fortior astur
Te premit huc adsis quo te meus egerit ardor
Et quod quod bene suaue canas michi cena futura es
Si lubet aut dimissa iterum remeabis in auras
Sic fatus. tacuit pennatus et impiger astur
Tu modo iusticiam cole. nulla iniuria perse
Tecum habiter: fatale gerit secum illa nec illam
Nullus amat. nisi mens cui vllis et improba surgit
Uir bonus hanc inferre timet post si intulit acti
Penitet. et magno contristat corda dolore.
Est via iusticie melior. qua vincitur omnis
Omnis ad extremum veniens insurius ardor
Quo dicam quod nunquam aliquid dementia noscit
Hi modo passa prius. si qui male iura ministrat

bi.

Peccerat et tandem dementi panditur error
Eripe iusticiam corruptus munere iudex
Jus violat. dolet hec et nulli visa per urbem
Tristis it et lacrimas penam mortalibus orat
Qui violant iura et recti sacra federa rumpunt
Utrum ubi iusticie sancti seruantur honores
Iudicioque pares et cunctus et aduena pendent
Urbs viget: augetur soboles: pax leta vagatur
Pax iuuenum nutritrix. nuquam his fatalia bella
Preparat: altisonans nullis in rebus egestas
Imminet in quam nulla est offensio dulci
Quos iuuat interdum gentio alleuare labores
Terra quibus large fundit sua semina et alte
Montibus inate mittunt sua munera quercus
Glandifere in summo media tamen arborescunt
Undique apum ingentes acies. vestemque ministrant
Lanigere pecudes. per se magis omnia florent
Non his externa merces vehit ardua puppis
Omnia dat tellus: quid enim quod iuncta marito
Et patribus similes emittit femina partus
Non datur hoc quibus illa placet violentia furis
Hos ad supplicium vocat alti cura tonantis

Sepe subit penas plebs tota miserrima tantum
Unus ob noxam. pestis furit atra per urbem
Et male suada fames paulatim deficit omne
Unlgus et euacuos ostendunt tecta penates
Semina nulla parit. sic seuit iupiter erga.
Quos malefacta iuuant qui si modo forte cruentum
Milicie. exercent studium. mora nulla sinistro
Marte cadunt. vel si potius iuuat ire per altum
Illorum in medio submergitur obruta puppis
Eos igitur qui iura datis conuertite mentem.
Ad tales hominum penas. diuina potestas
Mortales circumuolitans videt improba quorum
Iudicia emergunt multorum in damna deumq;
Ignorant monitus. genus hi mortale pererrant
Innumeri tenebris circumfusiq; tuentur
Iusticie sacra iura domant genus omne malorum
Illa quidem virgo est supero loue nata parente
Romine clare suo cetiq; verenda deorum
Quam si quis violet lachrymans sua fata parentis
It iouis ante pedes et lamentabile fundens
Humanos queritur mores ac debita poscit.
Suppliti aui populos. tu in dex causa alorum

b ff.

Qui violas sacra iura dee iam dirige mentem
Ius cole. in alterius te nulla pecunia vertit;
Damna. nocet sibi qui cuiq̃ nocet. et male suadet
Ille sibi in quēq̃ si quis male iura ministrat
Cuncta videt pater omnipotens. et quod michi tecū ē
O iudex modo si lubeat speculator ab alto
Nil latet hunc: aut hoc quales tribuantur honores
Iusticie in populo: quam nou ego pectore toto
Hec mea progenies coleret postq̃ orbe sub isto
Spreta facit bonitas et ius iniuria vincit
Inuito ioue nū fierent hec accipe frater
Hec animo meditare iniustum ponere furorem.
Ius quoq̃ frater ama. sine quo genus omne ferarum.
Credimus alterno certatim corpore pasci.
At nos instituit vite melioris origo
Iura dedit pater omnipotens. ea pectore. toto
Si quis habet. decus eternum pia premia reddet
Iupiter affligit si quis pro teste vocatus.
Peterat ac merito pensatur culpa nocentis
Supplicio offendens ius ille offenditur vna
Ex quo obscura quidem nulli quoq̃ cognita surget
Postestas iusto de sanguine nata propago

Clara caput tollet patrio servata decore.
 Hec quoque que referam stultissime concipe frater
 Quam facile in numeras victorum ampleximur artes
 Haud procul illa habitant. brevis est via qua sit eundem
 Est via virtutis contraria. sudor anhelus
 Hanc sequitur que se scopulosis ardua clivis
 In longum prorumpit iter. riget aspera palmo
 Ingressus levis est postquam alta cacumina tanges
 Optimus hic fese qui novit cuncta magistro
 Prospiciens rerum finis meliore sequuntur
 Dignum laude virum parentem recta monentem
 Credimus illi tamen sibi qui non consulit aut qui
 Alterius precepta fugit vir inutilis extat
 Ergo age frater ades generoso e sanguine per se
 Neve fuge fraternos monitus operare laborem
 Inuideat tibi dira fames. spicaque recenti
 Alma ceres ornata caput sua dona ministret
 Sic tibi plena domus segnem crudelis egestas
 Opprimat hunc homines odio superiorum sequuntur
 Torpentem similem fucis. cui specula surgunt.
 Horrida discens fumus faule consumit edendo
 Semen apum. piger ipse sedet. vitatorum laborem

b ill.



Tu modo curam operi q̄tum potes adſice frater
Horrea ſic rumpunt meſſes ſic copia rerum
Sic pecus augetur. ſic tu mortalibus aut diſ
Gratus eris. ſegnes animos et inertia corda
Oderunt: operi laus eſt imponere curam
Turpe ſed huic prohibere manus incōbere labori
Forſitan ad ſtudio torpentia pectora verſes
Dum partas oſtendis opes virtutis adeptus
Nomen et eternum laudis decus. vtere queſo
Arte para viciū. violare aliena nefandum eſt.
Fac ſuperis equandus eas. incombe labori.
Nec pudeat. pudor hic multos inhoneſtus egentes
Secum habet auget opes fiducia. q̄ melior res
A ſuperis non vi. prob rerum infana cupido
Prob animus infuſa lues. iam nulla pudoris
Cura iacet paſſim longe poſt terga relictus.
Tu coleris Duce te paulatim corrumpit ille
Dus inuiſus homo cui mens intenta rapinis
Inuigilat. neq̄ enim ſemper felicia durant.
Nec minus omnipotens penſis affligit eiſdem
Qui ſeruum offendit. vel qui ſanctiſſima frangit
Federa amicitie. ſeu qui cū coniuge fratris

Non pauet infandos coetus fraternus adulter
Vel qui in pupillos audet vim ferre nefandam
Vel qui in longeva confectum etate parentem
Horribili voce insurgit. viroq; abstinere illi.
Uerbera. non impugne tamen. stat pena nocenti.
Post obitum. deponere igitur tam falsa superbe:
Mentis consilia et melioribus utere queso
Thure pio venerare deos his tempore in omni
Et munde et pure liba cum clara nitescer
Sole dies. aut cum nox circumfusa tenebris.
Absconder terras casto torrenda sub igne
Hostia mactetur. hymnos cae thura ministra
Ut tibi dii faueant immensa q; copia rerum
Hinc tibi nascatur. multis ut egentibus ipse
Subuenias non ut viuas germane rapina
Conuiuas inter si vis discumbere. amicus
Non hostis veniat primum vicina: nam si
Aduersum quicq; acciderit de more repente
Primum illa accurret. que si siue vestibus esset.
Huda etiam veniet. quod non tibi sanguine iunctus
Non ager iste sibi vestes atq; omnia ponet.
Improba damnosa est vicina. sed proba si sit

Utilis hec igitur cupienda est pectore toto
Tantum laudis opus. neque enim lamenta refundas
Amisisse bonum proba si vincula tecum est
Acceptum meritis et eodem pondere redde
Viscino tibi ut hic iterum succurrat egenti
Res male parta mala est damnosa semper ab illa
Ergo caue. nec te viscant in amore sodales.
Illum adeas qui te. fac mutua munera reddas
Sponte datum capias. scelus est le tale rapina
Quicumque et si magnum aliquid largitur amico
Letatur. quicumque iacit de fronte pudorem
Et rapit alterius quicquid infima turbat amici
Visceraque et mentem cui vis illata rapine.
Adde parum paruo. paruo superadde pusillum
Flet et hoc magnum. infelix pellerur egestas
Si modo rem cumules. hominem nec ledit habere
Tunc domi nocet esse forisque dulce bonumque
Presens accipere atque absente carere molestus est
Tunc bene potandum cum plena effundit ab alto
Ulna cadus. tunc parcus eris cum parte lyceus
Defluit e media. sed cum declinat ad imum
Spumantes sternim cyathos et pocula sume

Quicquid polliceare homini seruetur amico.
Si quisq̃ cum fratre tibi est testem aduce rebus
Subridens nocuit non cedere. credere semper
Ne ve tuam aliciat meretrix caue femina mentem
Rem totam vorat illa nimis dum blanda videtur
Neuq̃ damnosum est mulieri fidere cuiq̃.
Rem patris acceptaz melius fouet vnicus heres
Hyget et hanc. at tu plures in morte relinque.
Ex te ortos. nam plura pater saturnius illis
Attribuet. sed te si cecus tangit habendi.
Ardoz adhuc. fragilliq̃ placet tibi gloria rerum.
Hec age que moneam et varios operare labores

Liber secundus de agricultura

Dum celo emergit sublimi ab atlantide nate
Plades truncanda ceres morientibus illis
Mitte in aratra boues. latitare ea sydera dicunt
Uiginti totidemq̃ dies. annoq̃ voluto
Apparent iterum maturam incidere messem
Rursus et ineipiunt dentata falce colom
Hanc legem agricolae atq̃ habitantes littoza seruant.
Aut qui pingue solum vallo saq̃ tecta tenerent
Nudus ara. nudusq̃ sere et mete corpore nudo

Si tempestuos agrozum ducere cultus
Augeriꝫ illos magnis successibus optas
Ne ve aliena roges interdum pauper egenus
Quod si ad nos supplex iterum fortasse redibis
Non iterum dabimur. suuet exercere labores
Improbe quos inter mortales diua potestas
Sortita est ne tristis inops cum coniuge mesta
Aut cum natozum misera comitante ceterus
Victum a vicino cogites. dare negliget iste
Bis seu ter fortasse dabit. dehinc si petis ultra
Proficias nihil at tu plurima verba refunde.
Orabisꝫ iterum frustra tamen. artibus vt te
Iam pridem admonui inuigila atꝫ icumbe labori
Dira fames procul hinc abeat. tua debita solue
Impamis tibi conde domum precioꝫ ministram
De hinc eme. quam posses custodem adiungere bobus
Pone domi quantum toto tibi sufficiat anno
In rebus spes est alienis irrita nam si
Hic dare forte neget. tu semper pauper egebis
Tempora labuntur operum quoꝫ deficit vsus
Ad cras rem differre nocet. nunꝫ horrea nunꝫ
Implet iners. aut qui tempus producit. habenda est

Cura operi turgescet opus. mala mille molestant
Affliguntq; hominem. cui segne et inutile corpus
Cum benese posuit rapidi vis ignea pbebi
Ac pater omnipotens fecundis imbris ether
Desilit in terras et languida membra resumunt
Jam pridem amissas estiuo in tempore vires
Nam breue sol hominum supra caput astat ab alto
Hæc de nocte magis currus exercet agendo
Tunc operum multo ante memor discinde securi
Siluam incorruptam. tunc germina desinit arbor
Fundere datas suas voltare per æra frondes.
In tres tende pedes. mortaria contineat tres
Distillus cubitos. pedibus quoq; confice septem
Lemonem. qui si fuerit protentus in octo
Hic tibi que maleolus crebros formetur in ictus
Palmarumq; trium rota sit. variisq; reponne
Ligna effixa modis. validamq; in montibus altis
Quere vel effuso campi super equore primum
Ac situam compone manum qua firmet arator
Lemoni cuneis dentalibus alliget imo:
Torqueat et fortes illa durante iuuenkos
Binaq; præterea tectis seruentur aratra

Sic melius. nam si casu discinditur vnum.
Rest at adhuc alius validos agitare iuuenos
Lemonem ex vlimo viridi seu confice lauro
Stitua sit ex primo. dura dentalia quercu
Duc in aratra bouem nono qui viuat i anno
Apta etas operi matura est. franget aratrum
Bos iuuenis. minitans iuuenili p:clia cornu.
Et rixam exacuens opera imperfecta relinquet
Quere quater decies annorum etate bubulcum
Quadrifidus panis et offellas cesus in octo
Sit cibus huius recto sulcabit vomere terram
Si maturuserit. studium intermittere arandi.
Iunior. aspiciensq; pares etate colonos.
Ibit ad hos ludosq; ciet lasciuia iuuentus
Ergo non melior iuuenis nec semina verse
Sparget huius: quantum terre mensura requirit
Contemplare etiam cum grus e nubibus altis
Assiduos agitat clangores. nunciat imbrem
Venturamq; hyemen tempusq; indicit arandi
Angit et illius mente cui nulla bouum spes
Tunc redeant fessi plena ad praecepta tauri.
Tunc proprios operare boues et plaustra. sed iniquis

Non habeo. dabit hic facile petere atque negare
Mentis inops alius quid enim componere curram
Lunc volet ignarus non nouit quous in illo
Sit labor et centum compagibus insita ligna
Que debent multo ante domi prouisi reponi
Præterea cum tempus adest rescindere campum
Fortius insistas operi exercere ministros
Nam vertenda duplex tibi sicca atque humida tellus.
Uere nouo veniant celeres ad aratra iuuenti
Fertilis et fulua culmus procumbit arista
Heu te decipiat cum semina colligit etas
Sit noua cui studeas tellus nec arata quotannis
Terra recens large natæ alimenta parabit
Plutonium imprimis venerare atque annua sacre
Vota refer Cereri cum stue innixus agendo
Incipis exercere boues stimuloque fatigas
Sic immensa tibi surgent cerealisa dona
Semina cum terre committis. pone sequatur.
Seruulus atque ausibus rastro fata leta recondat
Optima crede iuuat rerum prudentia cunctos
Leditur aduerso qui negligit omnia fato
Si sit pingue solum: grauide inclinatur ariste

ci.

Felicesq; operum successus a Ioue summo
Hinc capies. neq; sub tectis extendit arachne
Fila. sed immense replebunt horrea menses
Tunc gaude et cani florentia tempora veris
Letus agas. cum te incassum crudelis egestas
Aspicit. et parto turget domus: atq; aliena
Re tibi non opus est. tua pluribus adiumentum
Fit sterilis tellus medio versata sub estu
Hincq; solo residens imas falcabis aristas
Quersos religans culmos tenuisq; sequetur
Spes vite. pauci te mirabuntur ab agris
Parua sub exiguo referentem farra canisto
Difficile interdum mutabile noscere tempus.
Mobilis et varia est alti natura tonantis
At si tardus aras tardus tibi solus amanti
Afferet auxilium si largis imbribus ether
Tres noctes totidemq; dies non cessat ab alto.
Donec repletit validi vestigia tauri.
Tempore que querna residens sub arboze coctis
Exululat. gaudentq; hominum mortalia corda
Uere sub aprico. sic tardus forsitan hic est
Qui tempestino diuertit vomere terram.

His intende animum. nec florida tempora veris
Le lateant. glacialis hyems tibi cognita surgat
In qua incumbendum est. nec te vlla taberna moxetur
Nut narrata loco sub aprico fabula tardet
Dum frigent alii vir rem tamen impiger auget
Surge igitur. nec te paupertas opprimit illo
Tempore. dira fames tenues facit esse lacertos
Elagosq; pedes: et cura tumentia multo
Sanguine. segnis inops et spe suspensus inani
Inclinat mentem sceleris. et meditatur iniquos
Unde paret victus. hominem spes nutrit egentes
Irrita cui nichil est et tota luce vagatur
Dum media elapsa est estas. properate ministri
Condite dicit casulas nam semper non erit estas
Siano messium dictum caue nubibus ille
Letalem bobus glaciemq; et frigora ducit.
Tracius insurgit boreas. et turbine facto
Disturbat maria ac campos silua nq; sonantem
Altilcomas quercus annosaq; roborata pinus
Diruit ex alto et valles iaculatur ad imas.
Silvarum auditur fragor undiq; sed fera duos
Hrrigit ipsa pillos caudamq; in curcibus angit.

cii.

Quam etiam quibus est nullis densissima pellis
Perforat ille quidem setosaq; pectora transit
Hec se defendunt dura sub veste iuuenti
Et misere algescunt byrsuto crine capelle
Elincit ouis boream instantem fulcoq; repellit
Legmine lanarum. sed non obsistitur illis
Asenibus curuo facit hos incedere collo
Ite tamen ad teneram penetrat boreale puellam
Frigus. at illa domi cui nondum nota libido
Matris apud care gremium sedet. atq; byemales
Non sentit glacies et tota nocte quiescit
Atq; oleo teneros. interdum perlustrat artus.
Cum polypo durum est gelidis habitare sub undis
Hec videt vnde sibi venetur in equore predam
Alleuetq; famam. proprios tum dentes in artus
Evertit atq; rabiem immensam. sic imbribus atris
Turbatur mare. sic atra caligine celum
Sol quoq; ad ethyopas radios et lumina fundit
Rarus apud gratos. fugiunt animalia curui
More senis valesimas. et dente trementi
Concaua saxa petunt nemorum tenebrosa; tecta
Tunc quoq; ne noceant hiemes tibi protegat artus

Mollis clericiatros. cui texta ex ordine recto
Pauca sed aduerso ducantur plurima fila
Sitq; ea crure tenus. vetat hec per corpora setas
Surgere et instanti prohibet durefcere vento
Egmina sint pedibus taurozum e polle cothurni
Nec nocet hos inflare pillis. vt frigora vincas
Edozum teneras neruo bouis insue pelles
Ac doiso suspende. regant capita alta galeri
Ne madeant aures: borea spirante cauendum est
Frigoribus tunc ros celo diffusus ab alto
Intus alit cererem sacros operumq; labores
Ille quidam vi ventozum e fluuialibus vndis
Collitur in sublime et matutinus in agros
Desilit. interdum expectat tempora noctis
Interdum borea nubes agitante procellas
Vertitur in ventosam hiemē. fuge prouidus ellam.
Acceleretur opus. pete tecta obstantia ventos
Ne forte obscuro nebularum infusus amictu
Immadeas. largosq; imbres pluat humida vestis
Pascua tunc carpant q̄uis non pingua tauri
Quippe leuis arbor: et longa sub nocte quiescunt
Haurimentum ingens. vobis vberrima mando

c ill.

Agricole:faciliq; dies transire labore.
Hec seruanda tibi donec nox equa diebus
Atq; iterum satio committit semina terre.
Et dum sexdecies sol arduus occidit undis.
Hibernum post solsticiũ sacrosq; relinquens
Oceanũ fluctus sublimi arcturus olympo.
Exoritur primũq; cupit splendescere sydus.
Tunc vites incide noni neq; nuncia veris.
Antiquos iterans questus precedat hirundo.
Dum tamen immensos effundit pleias estus
Profiliensq; vmbrosa petit plantaria limax
Tellure e sicca tunc niuea nulla ligonem.
Sentiat.accelerent vincta falce ministri
Maturam in segetem.nec te pulcherrima tempe
Derineant segnem matutiniq; sopores
Eya age rumpe moras.pelle oclia segnia pelle
Dum vocat alma ceres.robustaq; collige farra
Pone domũ quantum toto tibi sufficit anno
Mane operi assurgens.operis pars tertia mane
Conficitur.labor haud grauis est de mane viator
Longum linquit iter.taurosq; exercet arator
Præterea sua dum stolumus florentia mittit.

Germína et in ramís dulces resonare cicade
Sole sub ardenti incipiunt trepidantibus alis
Sit capta tunc mollis tunc sunt dulcissima vna
Femí naq; vrenti veneris purigine corpus
Appetit insanos coitus. lassantur ab estu
Membra vírum. tantumq; potest vis ignea solís
Tunc licet ardores gelida releuare sub vmbra
Fontis ad apricos larices. semperq; fluentis
Murmur aque faciles quam circum leniter aure
Aspirant zephiris plerúq; agitantibus illas
Hic hylares letus cyathos et pocula fume
Rublina. ter infusa magis que temperet vnda
Hic tibi ab yberibus caprarum caseus adster
Que nullos pascant fetus. hic lactea liba.
Dic tibi siluestris ponatur caro iuence
Que nondum enixa est. hic mollior edulus adsit
Et ac res saturus patula sub tegminis vmbra
Surge tamen. celo cum fulget orionis astrum
Tempua adest. cereri sacras terat area fruges
Ad ventos posita atq; ingenti equata chylindro
Hec nisi librare ducantur ad horrea messes
Postq; autem satis aduictum tibi consulit estas

Continuo cui nulla domus sit quere ministrum
Adde etiam ancillam. que sit sine prole. molestum est.
Et graue seruitium illius: quam cura remordet
Ratorum blandire cani. panemque ministra
Peruisgil ante fores sedet ille domumque tuerur
Dente rapax furisque altis latralibus instat.
His prope exactis fenum paleasque reconde
Remones optum satis ac nutrire iuuenkos.
Inde laboranti requies prebenda colono
Tempus et ex haustis pariter iuga demeret auri
Dum tamen in media cali statione refulget
Syrus. orionque loco splendescit eodem
Et rosea arcus cernit pallantias astrum:
Tunc uvas tenero abscondens de corpore matrum
Per bis quinque dies tepido sub sole facentes
Pande. dies etiam molestant quinque sub umbra
Dehinc torque capiant vegetes. locunda lyel.
Munera. sed sydus cum deficit orionis
Pleyadesque hyadesque cadunt meminisse iuuabit
Protinus impresso subuertere vomere terram
Stat tempestiuo cuncta exercere labori.
Si tamen infestum iuuat ire per equos: et ista

Puppe vebſ. moneo ne quādo ab atlantide natas
Orion ſequitur totoꝝ excludit olympo
Et videas illas medio ſubmergere ponto.
Nauigo incumbas. mare tunc collentibus euris
Obſculum vndofos iacularur ad ethera fluctus
Tunc igitur iaceant religate ad littora puppes
Saxorum obnix obſcibus ne forte ruentes
Diſcutiant venti. pateat pars ima carine
Ne pluuiam excipiens putei marceſcat ab imbre
Inſtrumenta domi naualiaꝝ arma quieſcant
Penſa gubernandioꝝ exploret roboꝝa fumus
Interea cereris ſacros operare labores
Ne proſus fugiendi ager labatur in alium
Equoꝝ amica ratis. dū non magis vnda tumefcit
Nec refluunt vaſto ſublatis gurgite montes
Uadat onuſta tamen cenſo redditura ſuperbo
Dic meus ille quidam genitoꝝ dum pauper egeret
Errabat maria alta ſecans fluctuſꝝ profundos
Ille olim colidam cumam atꝝ ea littora linquens
Appulſiſt hic. non ſpe lucri cōmorus auara
Durum opus exercere inuiſa vrgebat egeſtas
Ille vagus demum prope tempe heliconia ſedem

Astream incoluit celi in regione molesta
Frigore nunc nimio nunc intollerabilis aestu
Tempore quousq; suo iuuat exercere labores
Haud ignum ante omnes. cuius si te vlla remordet
Cura placetq; altos sulcare per equora fluctus.
Dum faciles spirant venti et furor ille quiescit.
Nec te inuisa fames alieno viuere parto
Cogat et inuitus multorum debitor extes
Clade nec in cimba sed te vehat ardua puppis
Ingentes referant census ingenta imercis
Pondera preterea que sint aptissima nautis
Tempora narrandum est. q̃q̃ michi parua per vndas
Ulta fuit: vixq; ex illa tantum aulide cursus
Littus ad euboē sub qua omnis grecia quondam
Dum pelago defuit hyems conuenit in vnum.
Et merito infandos fatum iuratur in hostes
Inde michi placuit non longe ad calcida cursus
Huc vbi magnanīmū genus amphidamantis achini
Constituunt populis certamina et inelstra quondam
Munera defuncti ponunt in honore parentis
Hic ego me dulcis referentem premia cantus
Iuratos memini tripodas quos sponte discant.

Musarum ante aras. quibus antra heliconia cure
Ille ubi me primum dulcem docuere poesim
Tantum igitur michi res naualis cognita surgit
Dicam aliquid tamen et varios pandam etheris usus
Hec etiam nobis aspirauere camene
Equora tuta legant instructo reo remige puppes
Cum deciesquinq; est series exacta dierum
Estiuium post solsticium. et iam deficit estas
Nam neq; tunc classes medio nec nauita ponto
Obruitur. ni forte velut iouis alca potestas
Aut deus ipsarumq; parens neptunus aquarum
Exitus omnis in his rerum manet exitus omnis
At leues spirant zephyri tranquilla quiescunt
Equora tunc celerem ventis committe carinam
Vadat onusta tamen. reditum properare memento
Quam prius ipsa novos fundunt vineta liquores
Autumnūq; imbres. et hiema in fausta procellis
Aut notus insurgat pluuiis rorantibus alis
Incumbatq; maris totumq; euoluat ab imo.
Exercent etiam studium nauale sub ipso
Utere nouorū se tam lates arbor ab alto
Induit in frondes. quantum vestigia comit

Mandit humus depressa. silet tunc nobilis vnda
Ait ego nauigium graue tunc semperq; molestum
Crediderim. hoc nature hoies leuitate nefanda
Subtrahere. agitant diuersa pericula fluctus
Et tamen ire placet: q̃q; mors dura sub vndis
Diuitie sunt vita hoim. atq; insanus habendi
Ardoz. ad hec animum germane intende parumper
Concipe fraternos monitus. maria alta secando
Fac tecum ne cuncta vebas maiora referua.
Hec nimis est oneranda ratio. sit ponderis equi
Quicquid i hac durum est aduerso occurrere fato
Fluctibus i medijs currus discinditur omnis
Si grauius superinstat onus. seruare memento
Mensuram in rebus et idonea tempora ad vsus
Cum propeter decies tibi vita elabitur annos
Connubium maturum aderit decimumq; puella
Exigat et quartum sed quinto nubat. et illa
Virgo fit atq; habitet prope te. cui sedulus adsit
Sedulus insptcias artemq; vsumq; puelle
Hec age ludibrio ne te vicina contet.
Cōiunge nil melius casta. nil turpius illa
Que venerem parit sine fine et prostat ad omnes

Semper et exitio superiminet illa viroꝝum
Nemo etiam fratris in amore equetur amicus
At pax si quis erit sitamandus tempore in omni.
Nulla ex te inceptum fedus discordia soluat
Mentis scelus est. prestat compescere linguam
Infandum si vim tibi quis sit q̃ inferret amicus
Aut roze aut manibus. surgere et vlcerscere. redde
Redde vicem duplicem. q̃ si illum penetrat acti.
Ac penam imploꝝans iterum te exoptat amicum
Suscipe. vile quideꝝ est homines noua querere sēp
Federa amicitie: multos si frater amabis
Non laudo. nullos etiam mediū n̄ sit in ist
Si tibi corda tument vultus non indicet iram.
Turpe sequi sceleratum hominem. maledicere cuiq̃
Infandum est: qui iam vita audatur honesta
Nuncq̃ a te nuncq̃ misera obliugetur egestas
Diuinum donum est. diuinumq̃ etern voluntas
Illa quidam. quē sepe viri sublimē molesta
Impedit ingeniumq̃ vetat superalta leuari.
Qui loquitur parce linguam nec in omnia soluit
Thesaurum prese gerit ille ea gratia magna est.
Ut linguam moderes pensataq̃ verba loquaris

Si quæ verbo ledes lederis et ipse
Grata in amicorum venias conuiua sumptu
Communi dato particulam gratissima sunt hec
Acre ioue vinum seu diis de mane cauendum est
Illauta libare manu tum vota precando
Incassum fundes nulli exaudita deorum
Solis ad aspectum nec quæquæ mingere fas est
Nocte sub obscura. recto neque corpore nudo
Mox quia sacra deis. media nec credimus illud.
Posse licere via. si declinetur ab illa
Esse etiam vetitum diuis vir et omnia noscens
Herens parietibus sedet atque exponit urinam
Intus ubi orbate tenuis latet angulus aule
Nec coitu polluta sacros genitalia pandas
Ante ignes. neque cum dulci tibi coniuge prester
Concubium ut generes dum mesto a funere tristi
Mente redis. superum sacra sed letus ab ara
Credimus inuisum superis semperque molestum
Qui natat assiduo labentia flumina cursu.
Quam prius abluerisque manus pia vota precesque
Fuderit ante ipsas supplexque orauerit vndas
Infandum ante aras vnges incidere cum diis

Sacra facis. scelus cyathos imponere vassi.
In quo vina latent. sacros operare lebetes
Nulli tibi cum in sacris etiam hinc lauisse nefandum est
Perfice recta prius q̃ cornix garrula ab alto
Runciet atrem hyemem ruit hec inimica procellis
Fac sedeat bisse quibus etas exigit annos
Aut totidem menses natorum cara propago
Sede sub instabili. iuuat hoc omnemq̃ repellit
Segnicitem facit esse agiles et ad omnia promptos
Sedum aut turpe virum est thermis mulieribus uti
Hoc proorsus fugiendum etiam stat talibus atrum
Supplicium. ante aras superum obliurgare nefandum est
Sacra ministeria ac diuinos spernere cultus.
Hec licet in fluuio neq̃ fontis mingere in vuda
Est quoq̃ turpe aliud veritum. fuge pessima fame
Romina: fama malum facile in sublime leuatur.
Est graue sufferri nimum. nimumq̃ molestum
Difficile ut taceat. nunq̃ delebitur illa
Sedula que varias populi penetrantes ad aures
Est dea fama quidem sunt ipsi numina fame
Sit tibi preterita series seruanda dierum.
A ioue ne te omnes sunt a ioue tempora nata

Ultima mensis erit nullo exercenda labore
Hac genio utendum est. illa omnes festa per urbes
Ducitur illa forum claudit neque iura resoluit
Prima dies sacra est. et quarta et septima. prima
Matus apollo die radiantia lumina fudit
Luce domum quarta felix ducenda est uxor.
Omne captato. sunt omnia prospera rebus.
Et licet in curuam trabibus componere nauim
At quinta fuge nanque illarum pallidus ortus
Lum dire euminodum facies toto orbe vagantur
Castigant si qua interris parturia falsum
Affirmant. que his alterne agitata creauit.
Sexta dies tristem ostendit mulieribus ortum
Leta uiris. multiq; etiam nascuntur in illa.
Quis mala mens fallax animus fallacia uerba
Et qui concubia excercent archana per artem
Hec outum fetus licitum castrare uel edos
Et licet infixas pecudes circundare mandra.
Scindimus octaua forti genitalia tauro
Castramusq; sues felix est ponere plantas.
Mona. uiros gigni uel amica sorte puellas.
Luce uiris decima fausto quoq; credimus ortus

Unaq; post decimam felix incidere vites
Et tempestuam segeti supponere falcem
Hoc curat bisexta etiam felicioz illa
Stamina et ex alto tenuissima torquet arachne
Ingentem accumulans formice farri acerum
Et iuuat arguto percurrere pectine telas.
Tunc quoq; siluestres licitum castrare iuuenkos
Tercia post decimam plantaribus optima surgit
Spargere semen humi pallet contraria semper
Quartaq; post decimam mulierum prospera natu
Ac prensos domitare boues validosq; labori
Demiones canibus faciles adiungere cultus
Et leuiter manu pecudiq; imponere mores
Atq; aperire cados et dulcia fundere vina
Sextaq; post decimam plantaribus inuida surgit
Opportuna viros nasci sed iniqua puellas.
Huc nasci aut thalamos petere atq; herere maritis
Septima post decimam cereris terat ordea sacre
Ingentemq; licet ferro discindere siluam
Ac varias aptare trabes quibus ardua tecta
Moliri aut structam possis agitare carinam
Nonaq; post decimam felix est cum dea surgit

o iii.

Lutea sed medium celi cum vest in orbem
Sit grauis ex media ad finem letissima fulgit
Proxima lux sapientem hominem diuina creandi.
Insigni viget officio nec luce dolendum est
Post illam quarta. sacra est ea. leta trahantur
Gaudia quinta dies post hanc iuga curua iuuenis
Poni hemiones et colla exercet equorum.
Altaq; veliuolas deducit ad equora puppes
Et noua componit dulci sua vasa lyeo
Quam pauci nouere et recto nomine dicunt
Sunt harum humano generi seruanda dierum
Tempora quippe illud magnis successibus augent
Sunt alle ancipitesq; tamen sine mente neq; villo
Officio excellent hanc alter laudat et illam
At paucis natura illarum cognita surgit.
Nam tunc ipsa dies totum complectitur orbem
More ple matris. seu modo more nouerce
Hunc fulget nunc atra latet. felixq; beatus
Ille quidem. qui diis gratus cui cognita sunt hec
Omniaq; inspicieus rerum se exercet ad vsus

**Liber georgicorum nicholai de vale per anthonium
benidel in artibus magistrum prope collegium de
coqueret commorantem parisiis impressus. Necnon
correctus et emendatus finit feliciter.**

Laus Deo.

**Dedecus est natis claros habuisse parentes.
Hi studeant claris patribus esse pares.**

